

DISSERTATIONIS,  
DE  
BIBLIOTHECARIIS  
ACADEMIÆ ABOËNSIS,  
PARTICULA VICESIMA.

QUAM,

ANN. AMPL. PHILOS. ORD. AURAIKO,

*publico examini,*

in Auditorio Philos. die II Julii a. MDCCCXXVII,

h. p. m. f.

PRAESIDE

*Mag. FREDR. WILH. PIPPING,*

*Hist. Litter. Prof. Publ. Ord. & Biblioth. Acad. Præfecto,*

*Imp. Ord. de S:to Wladimiro in IV:a Classe Equite,*

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS,

*modeste subjicit*

*GUSTAVUS ÅKERROOS,*

*Stipend. Publicus, Aboënsis.*

---

ABOË, typis FRENCKELLIANIS.

# THESES.

## I.

Lectionem fabularum Æfopicarum rudi atque inculto populo in primis esse commendandam, contendere haud dubitamus.

## II.

Neque non insignem in institutione populari sibi vindicant locum Historia & Geographia patriæ, Arithmetica ac Geometria.

## III.

Dolendum igitur est, nostratibus Fennicos libros adire hucusque vix licuisse alios, quam Theologico-Morales, quorum haud pauci a viris genii linguæ Fennicæ ignaris sunt confecti.

## IV.

Fabulas etiam vernacula scriptas perlegens quisque facile concedet optimo quidem consilio, sed sine subactiori tamen iudicio, esse compositas.

## V.

Quæ vero fragmenta historica in opusculo *Ajantiæto* inscripto, & in plagulis quibusdam Ephemeridum sparsim traduntur, adeo sunt jejuna, ut nomine Historiæ ornari vix possint.

## VI.

Sunt quidem haud pauci, qui tantam esse dicant patrii sermonis nostri egestatem, ut sublime nihil exprimere valeat, tantamque asperitatem, quanta vel diligentissima cultura vix umquam tolli possit omnis; quos vero, præsumtis captos opinionibus, gravem omnino prodere vernaculæ ignorantiam putamus.

---

obscurum esse arbitramur. Præterea haud una hac via ab officio discessit, sed & ad litigandum prono nunquam non parens animo, & muneris Academici partes quasvis flocci omnino faciens, quo longius ætate proventus, eo graviore in culpa ponendus jure fuit. — Longum & a consilio nostro alienum esset, narrando causas omnes persequi, vel intra vel extra Consistorium Academicum PETRÆO nunc auctore nunc administro disceptatas, quarum vestigiis plena sunt Acta ejus temporis; monuisse igitur sufficiat, Academicorum non uni Procancellario GEZELIO fuisse cum eo inimicitias, sed commilitonum quoque nonnullis, quorum e numero eminuit maxime JACOBUS FLACHSENIUS, bis impacta sibi temere admodum dica multaque calumnia gravissime lacesitus (ddddd). Muneris autem in administratione quantum peccatum fuerit, frequentiores ab anno inprimis 1683 publice auditæ collegarum querelæ satis superque probant. Præterquam enim quod in officio colendo compertam negligentiam quoque prætenderint causam, cur, quemadmodum infra pluribus ostendetur, consulti Academico, nec non aliis ambulatoriis, ut Decani Facultatis & Inspectoris Stipendiariorum, muneribus imparem censerent PETRÆUM (eeeeee); non ad Consistorium tantum, sed ad Cancellarium etiam de provincia, illius inertia atque incuria valde jacente, subinde aperte detulerunt (ffff), &

Z

tan-

ddddd) Cfr. Prot. dd. 17, 28 Mart., 14 Apr., 2, 11, 18, 19, 23 Maji, 6, 12 Jun., 20, 21 Dec. a. 1683, 7, 12, 19 Mart., 15 Maji a. 1684, 14, 18, 20, 22 Dec. a. 1688, 4, 9, 10, 27 Febr., 6, 13, 14, 21, 26, 27 Mart., 30 Maji, 9 Jul. & 12 Dec. a. 1689.

eeeeee) Prot. Conf. Acad. dd. 9 Jul. a. 1689, 20 Jan. a. 1690 & 3 Julii a. 1691.

ffff) Vid. Prot. Conf. Ac. dd. 20 Apr., 2 Aug. a. 1688, 4 Febr., 24 Apr., 7 Maji, 12 Sept., 5 Nov. a. 1689, 19 Mart. & 16 Maji a. 1690, nec non Litt. Conf. ad Cancellarium d. 22 Apr. a. 1688 scriptæ.

tandem tam Mufagetam hunc, quam Sacram Regiam Majestatem, supplices adierunt Procancellarius & Consistorium Academicum, litteris die 16 Nov. a. 1639 scriptis, pro bono publico & salute juventutis Academicæ obtestantes, ut PETRÆO, omnem Professionis curam abjecisse jam viso, neque dimissionem, viribus etiam deficienti gratam, non optanti successor quamprimum daretur, primo propterea loco designantes Ordinarium Mathematicum Theologiæque Extraordinarium Professore Magistrum JOHANNEM FLACHSENIUM, ut qui dexteritate & meritis probe affectus deputaretur ad munus illud pleno jure capesendum, quo, vicarius PETRÆI absentis, revera jam fungebatur (gggggg). Feriis enim canicularibus jamdudum ex-

---

ggggg) Occurrunt hæ litteræ in prototypis epistolarum Consistorii Acad. ann. 1640 — 1689 exaratarum, unde excerpta sistimus sequentia: " — E:s Kongl. Maj:t förorsakes vij allerunderdånigt att föredraga huruledes *Profesor Theol:æ M. And. Petrus* så våhl för detta igenom åtkillige hinder och Rättegångs *Processer*, som enkannehl, denne tiden förmedelst desls uthan någon *communication* med *Consistorio* företagen resa ifr. sin *Professions* vederbörlige förvaltande sig afhålla låtit. Och åndoch honom sådant både för och nyligare år förefållt, har dåch det uthan verkan afslupit, och han allenast förebracht det han till krafterne och synen så år försvagat att han berjde *Profession* nu mera eij kan förefå, för hvilken orsak uppå hans ånsökande om en underdånig förbødn till E. K. M. att i nåder blifva förhulpen till det som för honom onskåndigt och viligare vore, vij honom en sådan *intercession* som han *meriterat*, för en rum tid sedan åntel. nõdgades meddela, hafvandes han jämbvåhl nu vid desls hemkomst i desse dagar berättat det hos E:s Kongl. Maj:t han sielf i underdånigheet om en Nådige *dimission* skall anhållit, efter som han eij heller någon nytta vid *Acad.* efter detta skaffa lærer; Hvarförte vij intet fördriijfte ofs at låta E:s Kongl. Maj:ts tienst längre blifva utan en behørig *administration*, såsom till detta icke utan ungdomens märkelige aflaknad skedt år. Vore och eliest *Petræo* nog, om han uthi sin svagheet och ålderdom kunde förmå sköta dhen *Annexen*, hvilken han jämpte *Professionen* hår till innehaffr, såsom den bästa af alle dhe

exactis cum ad Academiam præsto non esset PETRÆUS, neque alii cuidam partes suas tradidisset agendas, concordibus Facultatis Theologicæ, Consistorii Academici & Procancellarii consiliis Profesori JOH. FLACHSENIO impositæ sunt, qui dein, cum infrequentibus quoque annis & ab urbe abesset sæpius & morbo diuturno ingravescenteque ætate confectus officiis Academicis vix sufficeret ordinarius, vices easdem ab autumnno anni 1690 continenter sustinuit.

Neque PETRÆO non accepta fuerunt ita structa de depouenda provincia illorum consilia, quam molestam nimis atque turbulentam judicans, placidiorem sibi precari jamdiu non desierat. Anno enim jam 1684 Pastoris Riddarholmensis locum ambiisse eum constat (hhhhhh), & maxime ab anno 1687 infirmitati valetudinis viriumque suæ quietiores labores accommodare cupiens, commendatione Senatus Academici desiderata munitus, sibi commodiorem sortem, sacerdotalem opinamur, a superioribus rogavit, mox condiciones quoque emeriti Professoris expetens, tranquillitati suæ consulere studuit (iiiiii). In qua quidem petitione plerosque menses annorum 1689 & 1690 Holmiæ consumpsit; sed obstitit rei prope jam

Z 2

ex-

---

fom åre under Acad., der vid han med de sine, åfv. som hans Svåhrfader Sahl. Prof:in Stodius för honom, våhl *Subsistera* kan."

hhhhhh) Prot. Conf. Acad. dd. 7 & 12 Mart. a. 1684.

iiiiii) Vid. Prot. Conf. Acad. dd. 15 Jun. a. 1687, 4 Apr. a. 1688, 14 Nov. a. 1689 & 11 Febr. a. 1691, nec non Litt. Senatus Acad. ad Cancellarium commendatiuæ diei 12 Maji a. 1688. Accedant, inter Acta Academiæ varia reperta: "Några *rationum momenta*, hvarföre *Profess. Petrus* åstundar ifrå dagelige *Professions* arbetet *promoveras* till någon dels embetes rang anständighe *Condition*. I. Endoch han till mogett *iudicium* och förståndh intet finnes hafva någon brist, så klagar han likavist att kroppens kræfter hafva så aftagitt, att han känner dagelige *profiterande* uthi *Academien* falla sigh myckit svårt;

plicatæ, quod sine majore fructus e munere Profesorio reportati jactura, vel vicario (kkkkkk), vel succesori, partes suas con-

2. Och såsom hans Fader fordom *Profesor Theologiæ primarius* och förste *Rector Magnif.* vidh denne Kongl. *Acad. i Åbo*, och sedermeera Biskopp öfver Åbo Sticht, nu meera hoos Gudh Sal. *Doctör Æschillus Petrus* till dödsstunden våhl tienat: Så hafver och sonen förvaltadt *publique* tjänster öfver trettio åhr, så att han för tiden den äldste åhr så uthi *Consistorio Ecclesiastico* som *Academico*; Sine *Professioner* medh låsande och *disputerande* för *Stipendiaterne* och *privatim* intet församadt; *examina publica* intet underlåtit så länge hans hålsa dedh tillstادت: alla heders *Actus* berömligen föråttadt; vidh *Rectoratus administratione* teedt sig trogen, oprichtigh och råttådigh; medh sine *Colleger* fredsam och håller lidit åhn androm giort orått; ingen *Menniskia* hvarken vidh *Academien* eller hans *Församlingh* klagadt dedh han girigh varit, eller grymbdt vesende uthi sitt huus fördt; sin egendomb intet ringa på böcker anvåndt så att hans *Bibliothec*, lærer å denne orten vara iblandh dee förnembsta, många stoorå skador lidit så att han och dersöre behöfde benådas. (Alt under *Magnif:i Di Rectoris* och *Di Secretarij* beste disposition.) — Dicamne, an taccam, *PETRÆ* ipsius manu notata hæc esse? — *Quam difficile est Satyram non scribere!* — *Nudam & inornatam veritatem præbet Protocollum Consistorii Acad. d. 26 Oct. a. 1687:* "*Prof. Petrus* berättade sig nu blifva gammal och svag, såsom och att synen skall begynna feela för honom, såijandes sig tyckia giöra våhl emot sin Gud och sitt samvete, sampt sin Konung och ungdomen, att han söker till det som roligere och för honom tienligt är, begärte förden-skull det *Consistorium* ville i så måtto *intercedera* för honom både hoos Kongl. May:t, såsom och Hans Høghgrefv. Excell:ce H:r *Cancellarium*, efter som han sade sig eij kunna giöra tillfyllest det arbete som vid *Acad:n* fordras. — Rf. Såsom hvad *Petræus* här berättar om sin svaghet sampt krafternes och synens aftagande, jämvåhl att han här efter så myckit mindre kan giöra det arbete tillfyllest, som vid *Acad:n* fordras, synes vara alldeles sant; alltså bevillies honom en sådan *recommendation* som han förtient."

kkkkkk) *Philosophiæ Profesori Extraordinario, Mag. MAGNO STEEN, qui Ordinarii Matheseos Profesoris JOH. FLACHSENI loco scientiam hanc profitebatur, ut cederent Thaleri argentei quadraginta, quos*

concedere non posse videretur PETRÆUS. Quapropter & ad prælegendi officium redire sibi propositum esse sæpius indicavit, quamvis ore decolorato membrisque auxilium recusantibus lectum tenens, nec vultu nec facto studii integritatem, vel vires corporis animo pares, ulli probare valeret (IIII), & prorogatæ sibi ultra biennium, prolatione judicii superiorum, provinciæ tempus haud gravate tulit. Cæterorum autem Academicorum nemini mora ea, juventuti bonoque publico plurimum detrimenti inferens, grata fuit. Illustrissimum igitur Cancellarium ad memoriam rei sæpius commemorando revocaturi, & Episcopus JOHANNES GEZELIUS *Junior*, cui, Patre defuncto, Procancellarii Universitatis Aboënsis honos nuper obtigerat, in cæteris Academiæ maxime necessariis vel utilibus rebus, quæ Holmiæ die 30 Sept. a. 1690 exaratis litteris Cancellario commendandæ essent, veniam de Professione Theologica decedendi PETRÆO concedendam posuit (mmmmmm), & Senatus Academicus, epistola d. 4 Julii a. 1691 cum Elencho prælectionum, nec non alia insuper d. 31 Octobr. e. a. ad Cancellarium missa, rem redintegrando maturare studuit, quam eandem Facultas Theologica, invidiam quippe damni per PETRÆI inertiam contracti averruncatura, illustrissimo Mæcenati perpen-

---

de suo ad compensandam vicariam sibi præstitam operam semestri quovis remittere velle visus erat PETRÆUS, æquum duxit Senatus Academicus; sed quadraginta Tonnas frumenti, quas eo nomine pro anno 1691 meruerat STEEN, & sequente anno PETRÆUS ipse, & eo defuncto vidua annis 1695 atque 1697 repoposcerunt. Cfr. Protoc. Conf. Acad. dd. 5 Jul., 9 Sept. a. 1692, 31 Maji, 24 Jul. a. 1695, 30 Jun., 15, 23 Sept. a. 1697, & Litt. Secretarii Cancellarii, Asfesoris PETRI SCHEFFER (postea nobil. nomine HEERDHELM), diei 5 Jul. a. 1692.

(IIII) Prot. Conf. Acad. dd. 11 Febr., 21 Oct., 2 & 10 Dec. a. 1691.

(mmmmmm) In actis Gezelianis manuscriptis exemplar existat harum litterarum.

pendendam libello d. 20 Jan. e. a. scripto commisit (nnnnnn). Itaque tandem effectum est, ut litteris Regiis d. 4 Januarii a. 1692 consignatis e munere Profesorio & cum hoc junctis officiis PETRÆUS dimitteretur, gratiosissime reservata tantum in senectutis subsidium Annexa Nondala, donec pari aliqua auctus ecclesia vacante Academiæ eam reddere posset.

Majoris emolumenti spe, aliquam salarii ordinarii quoque partem discesuro haud recusandam esse judicantium quorundam consensu confirmata, ita deturbatus Noster, eo vehementiore ad requirenda pristinorum commodorum nonnulla, vel nova paranda, studio jam ferebatur. Non enim pro anno tantum 1692 mercedem integram postulavit, sed portionem ejusdem, quamdiu ex majore alia ecclesia uberiores percipere fructus datum non fuerit, beneficio novorum Professorum, suo discesu promotorum, quotannis concedendam quoque sibi vindicare voluit (oooooo), & locupletiores conditionem simul circumspexit. Nequidquam in votis illa quidem fuerunt, & succesu caruit quoque vacuum Pastoris in Wasa locum occupandi studium eodem anno excitatum (pppppp); neque tamen multum fuit moræ, priusquam Regiis litteris, anno  
fcil.

nnnnnn) Vid. J. J. TENGSTRÖM *Joh. Gezelii d. d. Minne* pag. 189 sq. ubi cum desiderentur ultima, vim dictis nostris addentia, eadem hic habes: "— — Detta hafve vij sunnit högnödigst E:s Grefl. Excellence j ödmukheet föredraga, på det vij medh vårt stillatijgande icke må draga öfr ofs Kongl. Maj:ts och E:s Grefl. Excell:s onåde, som förmedelst vår eds och fulmachts plicht åre skyldige all skada j tijdh tilkenna gifva, och altså j diupaste ödmukheet hemställe dett under E:s Grefl. Excell:s nådiga befordran till önskeligit och denna *Academien* gagneligit utslag;" &c.

oooooo) Cfr. Prot. Conf. Acad. dd. 13 Apr., 5 Jul. & 9 Sept. a. 1692, nec non Litt. Aslesforis P. SCHEFFER supra commemoratæ.

pppppp) Vid. Protoc. Confist. Eccles. Aboëns. d. 7 Dec. a. 1692.



scil. 1693, Pastor in Gamla Carleby, Civitate eidemque adjunctis parœciis ruralibus Botniæ Orientalis, nec non Præpositus Contractus Pedersörensens designaretur (qqqqqq). Nihil autem commodi ad Nostrum hinc redundavit. Diutina enim ægritudine laborans, ne nominationis quidem litteras e Cancellaria Regia deportandas curavit, neque ad novum munus obendum se recepit, sed in Nondala ad finem usque vitæ permanens, naturæ debitum ibidem ineunte mense Augusto anni 1694 reddidit (rrrrrr). Quare ex hoc tantum loco fluentes vertente anno gratiæ redditus viduæ orbisque parente liberis quoque cesserunt (ssssss).

Quamvis viginti & sex annos in Profesforis ordinarii constitutus loco, semel tantum Rector, scilicet a d. 25 Junii  
a.

qqqqqq) Secus a. 1692 STIERNMAN, in *Biblioth. Sviogoth.* Tomo VI Mf. Antecessor vero, Mag. ISAACUS ERICI FALANDER, Pastor & Præpositus, 13 Maji a. 1693 diem obiit supremum. Cfr. JAC. CHYDENIUS JACSON *Om Gamle Carleby.* Åbo, 1754. Sedn. Del. pag. 19. — Qui Præpositi quoque officium a S. Regia Majestate PETRÆO injunctum vocaverit in dubium, Protocollum Consistorii Ecclesiastici d. 5 Sept. a. 1694 pervoluet.

rrrrrr) Querentibus apud Regem Senatui atque Civibus urbis Gamla Carleby, quod ætate variaque infirmitate fractus PETRÆUS ad ecclesiam eorum curandam se non accingeret, sed eam in alium potius translata optare videretur, ut responderet, mandato Regio diei 12 Jul. a. 1694 convenienter scripta die 24 ejusdem mensis epistola, postulavit Consistorium Ecclesiasticum; partes vero filius JOHANNES d. 1 Aug. coram excepit, ægrotanti patri propositum esse affirmans Carolopagum habitatum concedere, quamprimum vires Deus largitus fuerit. Quod tamen frustra speratum fuit, quoniam perendino jam die narratum Capitulo legimus, e vita PETRÆUM migrasse. Cfr. Prot. Conf. Eccl. dd. 24 Jul. 1 & 3 Aug. a. 1694.

ssssss) Vid. Protocollum Consist. Eccl. d. 10 Oct. a. 1694.

a. 1674 (ttttt), ad 22:m ejusdem mensis diem ann. sequ., rempublicam nostram litterariam administravit PETRÆUS, cum ab a. 1684 inde ad discesum usque ex Academia minoris semper habuerit Senatus Academicus ad magistratum accedendi jus ejus, quam salutem Academiæ communem, ferre minime deputatam, ut qui cum Procancellario continenter, nec raro cum collegis, bellum gerebat, a loco sæpius aberat officiaque publica minus curabat, mox ætatis quoque veniam postulabat, Academiam, & prudente gnavoque, & concordiæ studio moderatore opus habentem, gubernaret. Purpuram sibi ereptam ægre passo quidem interdum accessisse constat Cancellarios Academiæ Illustrissimos, tam Comitem BENEDICTUM OXENSTIERNAM, quam qui in locum hujus, tutelam Universitatis Litterariæ nostræ cum sororis majoris natu, Upsaliensis illius, commutare a. 1686 jussu, subrogatus est d. 17 Januarii a. sequ., Comitem GUSTAVUM ADOLPHUM DE LA GARDIE, Senatorem Regni Sveciæ & Supremi Dicasterii Holmiensis Præsidem, a recto admodum alienam neque a suspicione odii privati vindicandam reputantes inconstantiam, quæ vel fat probatum Professore Rectoris honore dignum non duxerit, vel cum inerte inutilique de peccatis in eo hærentibus lege non egerit (uuuuuu);  
fed

ttttt) Programmate publico, d. 20 Jun. scripto, actum mutationis indixit decedens Rector, Mig. JACOBUS FLACHSENIUS, Philosophiæ primæ & rationalis Professor.

uuuuuu) Vid. Litt. Canc. dd. 1 Jun. a. 1684, 2 Jun. a. 1685, 7 Jun. a. 1687, & imprimis d. 10 Jun. a. 1688, quas paucis adumbratas hæc lecturis offerimus: " — — — Allenaäst som *Profesfor Peträus* nu som offra till förende af Eder förbijsås, och der igenom een mehra oenigheet iblandh Eder upvexa torde, ånn någon Enigheet, den man dock *intenderar*, bijbeholles, har iag först, och förr ån jagh detta Ederi vahl alldeles bifall gifva kan, förnimma velat, hvarföre honom till *præjudice*, detta, den eena tijden effier den andra vederfars, hollandes iag mycket orimligt att han som för godh årkånnnes att sittia der een *Profesfor* icke skall och så skattas värdig eller beqvåm att vara *Academiæ Rector*; Dy att undvika